



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1732. usque ad annum 1734

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1785**

**VD18 90119339**

§. 8. Concertationes literariæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67683](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67683)

Sæc. XVIII.

A. C. 1734.

intempestiva hac severitate timescentibus, gravioribus periculis unquam revocati fuere. Ceterum fanatici Jansenistarum æstus in tantam degenerabat insaniam, ut corpus Parisiense sui Thaumaturgi anno priori ultimum ad parvam suam Ecclesiam transferri machinarentur: ast non sine gravissimi tatis discrimine a vesano hoc molimine præpediti fuere.

## §. VIII.

*Concertationes literariæ.*

Divulgabantur hoc anno varii libelli circa quæstiones theologicas, quibus ultro citroque disputandi libertatem certa Universalis Ecclesiæ definitio nondum ademerat; illius ævi contentiones, indeque exortæ, non minus scribendi sentiendique liberis eruditus amplio aperuerat campo, quippe occasione Bullæ Unigenitæ ardentius agitabatur, quam quæ de infallibilitate Pontificis, quam admodum immodice efferebant, alii ad libertatem & pene ad nihilum deprimebant; præsertim cum sibi videbatur Hebraeus Serry ex FF. Prædicatorum Ordine Theologus Reipublicæ Venetianæ ac in Academia Patavina Primarius S. Theologiæ Professor ac Magister

Hic jam Anno 1732. Patavinis literis Sæc. XVIII.  
 binam dissertationem adornavit, A. C. 1734.  
*de Romano Pontifice in serendo de fide moribus-*  
*que judicio falli & fallere nescio, eodem-*  
*que Conciliis Oecumenicis auctoritate, po-*  
*testate, jurisdictione superiori.* Huic lu-  
 cubrationi Serryus celeberrimus hic  
 Theologus appendicem subjunxit *de*  
*mente Ecclesiæ Gallicanæ, & Academicæ*  
*Parisiensis circa præfata duo Sedis Aposto-*  
*licæ privilegia:* In his dissertationibus  
 propugnatur, Papam quidem in rebus  
 fidei ac morum esse infallibilem, dum-  
 modo præcesserit matura cum celebri-  
 ribus Theologis consultatio, & demum  
 judicialis Cardinalium consensus acces-  
 serit. Hoc ipsum vero temperamen-  
 tum male habuit quemdam Anonymum  
 patria Venetum, qui hoc anno Venetiis  
 adversus Serryum sua opinione gravem  
 edidit librum sub titulo: *Romani Pon-*  
*tificis privilegia adversus novissimos osores*  
*vindicata, duplex dissertatio cum duplici*  
*appendice.* In hoc opere Auctor acriter  
 impugnat declarationem Cleri Gallicani  
 de potestate Ecclesiastica die 19. Martii  
 Anno 1682. factam, cujus apologiam  
 edidit doctissimus Galliæ Antistes Be-  
 nignus Bossuet. Postea declamabat  
 Auctor contra Parisini Parlamenti sen-  
 tentiam anni prioris die vigesima tertia  
 Februarii pronuntiatam: demum in

Sæc. XVIII. prima sua dissertatione statuit, Po-  
 A. C. 1734. ficem in suis definitionibus, si ex  
 thedra loquitur esse infallibilem  
 altera Papam omnibus Oecumenicis  
 Conciliis esse superiorem, eorum  
 decreta Pontificem abrogare aut im-  
 mutare posse, & validam ab eis appo-  
 sitionem ad Papam esse, Cardinalium  
 denique consensum non esse condi-  
 tionem sine qua non, sed mere con-  
 sultativum. Verum hæc apologia  
 sponso non caruit, quippe idem P. Sa-  
 rryus hoc anno librum edidit, sub  
 titulo: *Infallibilitatis Pontificiæ ius-  
 sum circumscriptæ explicatio atque  
 defensio, necnon dissertatio Apologetica ad  
 novissimum privilegiorum Pontificiorum  
 dicem, typis Bartholomæi Giavarini  
 ætatis publicatum.* In hoc opere  
 suam sententiam, solide comprobavit  
 & Adversarii sui rationibus confutavit  
 ex communi Theologorum consensu  
 præsertim ex Cano, Prieræ, Viguerii,  
 Albizio, Bellarmino, Turre Crematensi,  
 Hosio &c. comprobatum iuit, quod  
 Papam non esse infallibilem, nec  
 Cardinalium Consensum esse conditionem  
 essentialem. Ceterum quantumvis  
 opinio non adeo favorabilis esset  
 manæ Curia Theologis, Veneranda  
 men Republica non concessit, ut  
 liber Venetiis imprimeretur, unde

Sæc. XVIII.  
A. C. 1734.

loniæ apud Petrum Marteau excusus legitur. Attamen Serryus inter ipsos suos Confratres habuit, qui ejus sententiam acriter impugnaret: Erat is Aloysius Maria Lucinius Dominicanus, S. Theologiæ Magister, & Romanæ Inquisitionis Commissarius Generalis: Hic anno sequenti non Parisiis, uti hic typi locus appositus est, sed Venetiis publici juris fecit librum ita inscriptum: *Fratri Hyacinthi Serry, Primarii Theologi Patavini ab Aloysio Maria Lucinio R. J. C. G. aperta jam fronte provocati iterata defensio, seu infallibilitatis Pontificiæ justis terminis circumscriptæ superior explicatio firmitorque defensio, Dissertatio Apologetica secundis curis adornata.* Ex ipso titulo cognoscimus, Eundem Patrem Lucinium edidisse *privilegia R. P. adversus novissimos Osos vindicata.* Cum ergo hic Auctor sententiam Patris Serry refellere niteretur, hic appposito suo nomine librum suum *de infallibilitate Pontificiæ* potissima ex parte auctum rursus prælo commisit, ac in decimo seu postremo capite strenue sese vindicavit *contra obmurmurationes quorundam scilicet, qui etiam tractatum de Romano Pontifice falli & fallere nescio Romanæ Curix Ministri suspectum reddere moliebantur, præcipue ob hæc verba: Romani Pontificis, in judicandis*

Hh 4

fidei

Sæc. XVIII. *fidei morumque quæstionibus, arripere*  
 A. C. 1734. *infallibilitatem, ejusdem supra*

Oecumenica præstantiam & eminentiam  
*testatis, ad fidei Catholicæ dogmatum*  
*nime pertinere: Enimvero tantum*  
*valebant Pontificiæ auctoritatis*  
*ces, ut die decima quarta Januarii*  
*anno priori Serii opusculum de Probabilismo*  
*falli & fallere nescio supprimeretur;*  
*alio tamen, nisi consueto successu*  
*pleramque enim libri, qui Romæ*  
*alibi supprimuntur, aut damnantur*  
*majori legentium aviditate conquisiti*  
*tur, ab aliis ex censuræ contemptu*  
*ab aliis nescio quæ incognita, arripere*  
*nova, miraque inde addiscendi curantur*  
*tate; suæ enim libertati omni jure*  
*bitæ ejusmodi interdicto vim inferre*  
*& veritatem, quam in proscripto libello*  
*detegere possent, sibi studiose occurrere*  
*tari existimant, creduntque, cum*  
*nisi Divina vel humana jura læduntur*  
*integrum esse, amore veritatis persequi*  
*dijudicare, suumque desuper judicium*  
*proferre:*

Porro fervente tum scribillandi  
 contradicendi æstu veteres quoque  
 suscitabantur controversiæ, & quidam  
 de Probabilismo, quem jam Anno 1703  
 Innocentius XI. Pontifex e Scholis  
 Theologorum libris eliminaverat: Pro  
 mam occasionem præbebat

Sæc. XVIII.  
A. C. 1734.

Segneri Societatis Theologus, qui edita epistola de *probabilitate* propugnabat, tam implicitas in morali doctrina quæstiones dari, ut non raro fatendum sit, in hominibus dari ignorantiam invincibilem, proin probabilem opinionem sequi sæpius necesse esse, præsertim si pro utraque parte doctissimi, magnique nominis Doctores militarent. Ad hanc epistolam Petrus Ballerinus Presbyter Veronensis anno hujus sæculi trigesimo secundo *responsum circa Probabilitatis materiam* Romanzinis typis edidit; ea vero, quæ hic Auctor in suo responso objecerat, alius ex eadem Societate hoc anno diluere nitebatur, hancque in rem in suo cursu Scholastico quatuor dissertationes publice in Schola dictabat, simulque divulgabat *epistolam cujusdam Theologi adversus eandem Ballerini responsionem*: Hæc agendi ratio vehementer pupugit Veronensem; quocirca eodem anno Veronæ quatuor hisce dissertationibus opposuit *epistolas quatuor Theologo-morales P. B. P. V. adversus Dissertatorem S. J. seu censuram quatuor dissertationum, quæ dictatæ fuerunt contra libellum inscriptum. Responsum ad Epistolam P. Pauli Segneri*; Addidit quoque *confutationem epistolæ cujusdam Theologi contra eandem Responsionem e clandestinis typis recens*

Hh 5

vul-

Sæc. XVIII. *vulgatæ.* In prima epistola Balles  
A. C. 1734. egit de ignorantia invincibili, in  
 de conscientia dubia, in tertia de Probabilitate, & in ultima de doctrinis  
 nymi. Edidit præterea biennio  
*Historicam Dissertationem de Probabilitate*  
*ejusque falsitate.* Cum autem quidam  
 Anonymus ejus responsum circa Probabilis  
 bilitatis materiam confutaret, eodem  
 anno edidit epistolam ad Auctorem  
 tationum in opus, cui titulus: *confutatio*  
*epistolæ circa materiam Probabilitatis.*

## §. IX.

*Fata Petri Giannone seu Jannone*  
*suam Historiam Neapolitanam*

Jam supra memoravimus, infame  
 ac sacrilegum librum sub titulo  
*Jesus Christus anathemate percussus*  
 Jansenistarum officina prodiisse. Huius  
 Authorem celebrem quemdam Franciscum  
 Episcopum Constitutioni refractarium  
 exstitisse ferunt. Utut autem de hoc  
 sit, certum omnino, quod damnatus  
 hic fætus incerto Parente in luce  
 protrusus pro merito infamiae stygum  
 notatus fuerit; die enim vigesima  
 ptima Novembris hoc anno Sacre  
 quisitionis jussu Romæ ante fores  
 clesiae S. Mariæ super Minervam  
 fame pegma erectum est, in quibusdam